



Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/301824>

gcl

28.

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

PETRI HARTING,

MED. ET ART. OBST. DOCT. ET MATH. ET PHIL. NAT. PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENICO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

FRANCISCUS GUILIELMUS KETJEN,

Arnhemiensis.

A. D. XXV M. OCTOBRIS, A. MDCCCLVIII, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,
APUD B. DEKEMA.

MDCCCLVIII.

—
TYPIS J. VAN BOEKHOVEN.

THESES.

••••• 603 •••••

I.

Usurae , nequidem ex pacto debitac , per errorem
solutae , sorti imputantur.

II.

Restitutio in integrum propter dolum , praeter actionem
vel exceptionem doli , locum habet.

III.

Non facio cum Elvers usufructuarium ita jus suum
in aliquem transferre posse ut hie jus in re habeat.

IV.

Non facio cum Puchta Pand. § 456 patrem amittere
usumfructum bonorum adventitiorum filii plene ad-
optati vel praedefuncti.

V.

Nulla antinomia inter L. 43 D. de solut. et L. 54 D.
de pign. act.

VI.

Matrimonium furiosi, curatorem habentis, in lucidis
intervallis contractum, rescindi oportere, contra Ampl.
Vernede ad Art. 85 C. C. defendo.

VII.

Conjux, domo expulsa, divortium propter malignam desertionem petere nequit.

VIII.

Articulus 878 C. C. etiam valet in casu quod diversis diebus decesserint.

IX.

Heredes cuidam sunt mater et duo fratres; fratum hereditatem repudiantium pars transmittitur eorum liberis et non accrescit matri.

X.

Articulo 935 C. C. non continentur apothecarii qui unice medicamenta praestiterunt.

XI.

Emphyteuta post semel pronunciatam sententiam,

qua jure emphyteutico destituitur, ex art. 781 C. C.
destitutionem impedire nequit.

XII.

Peritis actio in solidum honorarii nomine non
competit.

XIII.

Non facio cum adnotat. Amstelodam. dicentibus ad
art. 64 C. M.: Nicttemin zullen de makelaars in vaste
goederen, en andere voorwerpen dan handelsartikelen,
evenzeer onderworpen zijn aan dcze bepaling.

XIV.

In epistola cambii, in art. 111 C. M. indicata, valoris
accepti vel debiti mentio non est facienda.

XV.

Cambium siccum quod mercaturam non exercens
solus subscripsit plenam probationem non continet.

XVI.

Non facio cum adnotat. Amstelodam. in articulo
321 C. M. exceptionem contineri, ratione art. 263 C. M.

XVII.

Sententiae ab extraneo judice latae, in censum non
veniunt ad poenam aggravandam propter relapsum in
delictum.

XVIII.

In casu Art. 559 Cod. Poen. pellex impunis esse non
deberet.

XIX.

Curia, finita publica criminis inquisitione, jubere
nequit, plena probatione deficiente vel exortis graviori-
bus indicis, alios produci testes.

19/0968
A 1052505

10

XX.

Famulus, in vectigalia municipalia, jussu domini,
committens, puniendus non est.

XXI.

Superiori quoque Ordinum Generalium coctui conce-
denda fuisset facultas proponendi et emendandi legum
specimina.
